



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Filiatio Dei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO XLII.

AMOR DEI,

*Amor Nectar celeste.*

**A**D suavissimum nectar divini amoris invitatus Christus dicendo: *Bibite, & inebriamini* (Cant. s.) O felicissima invitatio! Intelligo, Deum tuum desiderium: non solum vis, ut te amet, sed sum omni perfectione, & amore. Vis, ut mecum sit ardens, ac ferveas. Vis, ut anima mea non sit plena, sed ebria sancto amore; non alienata a terra, sed à terra ad cœlum, à seipsa ad te.

O anima mea, quando venies ad hunc statum? Quando eris extra mundum, extra terram, extra proprium corpus, rota fixa, & concentrata in Deo? Ebrivata & non videt: gustat, & non gustat: loquitur, & non loquitur: quia non est apud te, sed extra te. Sic anima ebria divino amore, non videt, non gustat, non loquitur nisi quando videt, quod est Deus; Soia Divinitatem eam ad agendum.

Et oculus videt lumen, & alia omnia per lumen: anima Deum solum amat, & alia propter Deum.

## CONSIDERATIO XLIII.

AMOR DEI,

*Filiatio DEI.*

**O**Mira vis amoris divini! ama Deum, & eris Filius Dei: quia Amor trahit Gratiam, Gratia naturam divinam, in qua fundatur Filiatio Dei: Filius alicujus, aliud non est, quam communi



in suanatura. O dignitas infinita divini amoris !  
 ac proinde etiam hæredem omnium  
 in saeculorum.  
 In mundo esset hæc potestas, & concessio, ut aman-  
 tum quem Regem, quis efficere posset ejus filius, quis  
 non velit amare? Hæc potestas, quæ in amore hu-  
 mano non est, in divino est. *Dedit eis potestatem filios Dei*  
*(Joan. 1.)* fieri inquam, Deum an ando: & quanto  
 magis crescit amor, tanto magis crescit & filiatio, & cum  
 hæreditas majorum bonorum.

O nobilissimos titulos hominis Christiani, Amantis,  
 Hæredis; pro quibus utiq; spernere debetur omnes  
 honores, quantumvis honoratos, ac speciosos in  
 mundo.

CONSIDERATIO  
 XLIV.

AMOR DEI,

*Fraternitas Christi.*

*Heredes DEI, coheredes autem Christi. (Rom. 8.)*  
 Quia fratres Christi sumus, filij ejusdem Dei Patris.  
 Christus est filius primogenitus, nos secundò geniti:  
 Christus est filius per naturam, nos per adoptionem;  
 Christus est filius per unionem cum Deo, nos per unio-  
 nem cum Christo. Quia dum unimur Christo per Cari-  
 tatem, ut palmites cum vite, participamus eundem  
 spiritum Christi, qui est Divinitas. Hæc enim, tanquam  
 una universalis, & assistens animat, & regit omnes  
 filios Dei, naturalem & adoptivos, Christum & nos.  
 Hæc merità, dicebat Apostolus; *Vos estis Christi,*  
*Christus autem Dei. (1 Cor. 3.)* Vps estis opus Christi,  
 filij per Christum; & Christus secundum humani-  
 tatem est opus Dei, ut S. Thomas docet, & filius imme-  
 diate per Deum. Igitur anima mea debes amare Deum  
 per Christum: Deum, ut principium sine principio; Chri-  
 stum, ut principium de principio: Deum, ut Patrem  
 per Christum; Christum, ut fratrem, & Patrem.

C ; O Deus

